



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exemplorum Libri Tres

Liber Tertius, Sive Exempla Divinae Irae, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendae - Per Quadragesimam Anno M. DC. XLVIII. narrata

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

Approbatio R. P. Provincialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48194)

DEDICATORIA.

ante omnes mihi, prius quàm te nossem, ex eadem Cæsaris aula laudatus estis, qui in militia tam fortiter pugnando, pro eadem Imperatoria Maiestate, non solum fortunas & opes suas exposuit, sed etiam sanguinem & vitam profudit. Plus ei hostis dedit, quàm abstulit: abstulit mortalem vitam, & gloriam dedit immortalem. Itaque ante Iglaiam cecidit, vt inter heroës perenniter staret: inter octo scilicet familiæ tuæ à sexcentis jam annis florentissimæ bellatores (quorum duo Generales fuere) qui omnes pro Cæsare, pro Religione, pro Ecclesia impigrè & acriter militiam colentes occubuerunt, statuis & obeliscis digni. Tu quoque, si sic pergis, non solum paria facies, sed etiam longè emiaentiora, vt sicut inter CAROLOS, ita & inter MAGNOS numereris. Vale, & seu votum meum, seu vaticinium imple. Ingolstadtij, Anno salutis 1649. 16. Cal. Iunij.

Seruus in Christo

GEORGIVS STENGELIVS
Societatis IESV.

APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.

Librum cuius, titulus est, EXEMPLA POENITENTIÆ ad diuinam *L*iram auertendam necessaria, à P. GEORGIO STENGELIO Societatis nostræ Theologo scriptum, atque à deputatis Patribus censum probatumq̃, Ego LAURENTIVS KEPPLER Societatis IESV per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, facta mihi potestate ab Admodum Reuerendo Patre nostro, P. VINCENTIO CARRAFA eiusdem Societatis Præposito Generali, typis dari permitto, fidemq̃ facio mea manu, & officij sigillo, Tridenti 1. Nouemb. 1648.

LAURENTIVS KEPPLER.